


STATVTA



FACVLTATIS MEDICÆ







N. Inv. 2578.

EE. N. 161

11

23






1536.

Erasmus

N. Inv.
2578.



2.

CONSTITVCI

ones seu statuta facultatis Medicinae
ex antiquis et alijs statutis in libro co-
clusionum Vniuersitatis hincinde descri-
ptis per Reueren. p̄m magistrum Mar-
tinum Iſkusiensem Sacre Theologie pro-
fessorem. Præpositum Ecc' sancti Ni-
colai extra muros Cracovię profunc
Vniuersitatis Rectorem collecta, & in
formam debitam ac ordinem reducta.
Que primum per doctores facultatis
Medicæ, ac demum per Rectorem &
omnium facultatum Decanos Vniuer-
sitatem representantes vna cum Me:

dicime' doctoribus in Conuocatione ad
hoc specialiter per prefatum dominum
Rectorem die Saturm̄ q̄ntadecima
Januarij anno à Ch̄o nato M°.D°.
XXXVI°. facta. reuisa sunt & au-
scultata: atq̄s per p̄nominatum .D.
Rectorem ibidem de consensu omniū
Decanorum & Medicinē' doctorum tūc
Conuocationi interessentium. confirma-
ta. ac Eximio dño Mḡo joann̄ Noskow
ski Medici' Doctori. protūc eiusdem fa-
cultatis Medice' Decano: aliisq̄z doctori-
bus Medicis per antedictū .D. Rectore
tradita & ab eisdem appbata & acce-
ptata pro illi' facultat̄s, imo totius Uni-
versitatis decore & incremento:—

De professoribus Facultatis Medi cine Nouum.

Prudens sanc*te* vesu*ci*as diuinam admue*re*
mit Medicin*e* artem, quam ingemosa poste*re*
ritas sedul*o* imitata, diligenter excoluit,
ut sanitatem conseruaret: et ammissam re*cupera*ret. C*um* igitur sanitas ad bene*re*
beat*eg*z*z* viuendum sit maxime necessaria,
que sine Medicin*e* arte non bene custoditur:
Ex animo cupientes hanc dignissimam
artem in hoc almo Cracoviensi Gymnasio,
veluti f*et*um nobilissimum propagare, &
ad eam iter facilius ac aditum omnibus
ostendere: varijsq*z* incommodis et grauis:

x

simæ hominum iacturæ, in quam sepe incur-
runt singulariter obuiare volentes: quan-
doquidem illis torqueantur, cum scolorū
malis dogmatibus: cum Empericorum cru-
deli iustitia, ex qua quodcumqz malum
prouenire necesse est. Sicqz ex vnamini
ommium doctorum & magistrorum dicto
vniuersitatis consensu, omnes artis istius
cupidi, hac laudabili & propter magnū
commodum facta constitutio inveniuntur,
qua & impense' grauitates moderate' &
confusa quedam priorum & laterorum
ad meliorem ordinem redacta sunt.
Quo commodius Medicinæ' doctores di-

discipulos suos instituant & doceant: atqz
ipsi discipuli sua sacra, quibus nihil est
dulcius, consequantur. Taliterqz instituti,
postea doctissimorum Medicorum, quos
scire omnia penè oportet, officio suo per
publicam admissionem fvngantur.

De electione Decani nouum

Decanus facultatis Medicine' deinceps
per vices inter doctores Medicine' ex ordi-
ne promotionis aut incorporationis eorum
Vniuersitati decurret. Et propter conso-
piendas ob hoc emergi solitas inter docto-
res controuersias, iuxta consuetudinem &
morem Theologice' facultatis, per annum



geretur. Electio autem Decam semper fiet
ante electionem Rectoris, ipso videlicet die
sancte Hedvigis ante Galli: Et eligetur
presens duntaxat in conuocatione: conti-
nuabiturq; ordo per descensum ad sequen-
tes, non obstante, q; iidem doctores actu
legem non essent, vt ex hoc maior esset su-
permiscentia ad extraneos passim in
Ciuitate Cracoviensi contra Vniuersitatis
Statuta practicantes: Et ad profectum
promouendorum in eadem facultate, &
ad conseruandum ordinem in omnibus
alijs facultatibus obseruatim.

De lectoribus & sectionibus ordi-

narijs.

Statuimus, ut Medicinæ doctores sala-
riati singulis legibilibus diebus, iuxta eo-
rum priuilegia & obligationem, diligenter
docte, non qualitercunqz legant; quib⁹
diebus ordinaria legitur. Et pro qualibet,
negligentia, in tribus grossis irremissib⁹,
iuxta antiqua statuta, pvniri debent per
Rectorem. Et pro sectione, infra scri-
pti non alii Medicinæ autores probatis-
simi interpretentur, qui et in Bonomien
studio, atqz in alijs celeberrimis Vmuer-
sitatibus cum magna dignitate legūtur,



Nec cum magno auditorum commodo. Com-
petum enim habemus doctores, lectores sa-
lariatos suos auditores ad levioris fatigē
lectiones invitare: illisq; persuadere, ut
illud sequantur discipuli, quod minus in
legendō grauet preceptores, contra opti-
mam recte instituendi disciplinam ac di-
gitatem legentis. **E**t contra Vniuersitatis
decus & gloriam: huic obuiare volentes,
talem in legendis sectionē Medicinae or-
dinem ponimus.

Ver libri in Theorica isti legantur.
Prima sen primi Canonis principis Aui-
cenne.

Thegmi Claudi Galieni libri tres.
Et Aphorismi hypocratis particule' septe.

Libri in Practica.

Quarta sen primi canonis Aueninne'. Pri
ma sen quarti canonis, que'est de febribus
& nonus tractatus Rasis ad Regem Al-
mansorem.

Ordo vero talis seruabitur perpetuo in
dictis legendis authoribus, vt unus lector
theoricam, & alter Medicine' practicam
legat: Sic namq; auditores Medicine'
vtrumq; habitum facile consequentur.
posteaquam ordo iste seruabitur. Et dua:
bus vel ad maximum tribus Comutatioibus

8
vna lectione legatur. Neqz suprano[n]ominati
lectores ordinarij prohibentur ab infer-
pretatione aliorum Medicine' authorum
cum omnes utilissimi sint: sed id tunc
fiat quando suprano[n]ominate' sex lectiones
seu aliquae earum legi non debent. ha-
bituri à Deo mercedem in coelis copiosa.

De aëtibus & disputationibus
lectorum nouum

Ordinarii medicinae lectores obligantur
ad celebrandas actus & disputationes
publicas in eorum facultate cum scho-
laribus eis limitatis & addictis toties
quotiens opus fuerit pro utragz eorum


7

promotione scilicet ad gradum Baccalaureatus & doctoratus: prout etiam moris est celebrare actus in aliis facultatibus. scz. sacre Theologie &c. Pro Scholaribus autem: alijs doctoribus Phisicis preter ordinarios sectores limitatis, memorati Medicinae lectors non tenentur aliquos celebrare actus ex obligatione: sed si voluerit sponte possunt facere officium amici ex charitate fraternitatis, iuxta doctrinam apostolicam, alter alterius onera portare. & sic adimplebitis legem chri.

Idem preterea sectores ordinary Medicorum tenebuntur interesse aliorum Medicine

40

doctorum publicis disputationibus quas in
eorum horis & lectorio facturi sunt loco
lectionum ipsorum. Ad quod quidem of-
ficiū, non obstantibus quibusvis impe-
dimentis obligabuntur: & ut ergz dictoriū
lectorum vltro citroqz se submiserunt in
publica Vniuersitatis conuocatione ad hoc
facta in Rectoratu Mag^a domini Luce
Noskowskī artium & Medicinē doctoris
anno domini M^o. D^o. xxvi^o. in qua
etiam Connocatione unanimi voto totius
vniuersitatis conclusum est. q̄ primis tribus
promonendis simul in facultate Medicinē
ad gradum doctoratus. fiat gratia in foto.



Sic videlicet quod preter bedellos quos sol-
vere tenebitur, tales liberi erunt a phisco
vmuersitati soluendo, a donarys in chiro-
fecis & a refectione pro vnuersitate appa-
randa.

De Medicis & auditoribus Medicine'

nonum

Quia huinsce artis reparatio que admodum
nunc sit necessaria & oportuna, dictu est
difficile: omnes passim volunt mederi cu
medici non sint. Ignorantes illud diuini Jo:
annis Mesue' dictum inquietur: Per oia
otu corporum curam gerens, auxiliari ne
differas, quia semel percuncti nulla deinde

suffragia prosumit. Totus igitur dei timor
prenemiat et principiet opera tua, et facili-
tabit ea: tamen considera, ne te amor aut
odium circumuemiat, ut declimes a recto: est
enim exesus gloriosus qui indicat: sunt
et celi. quoniam argunt: elementa que seiuunt:
et si non aliquid superest in posterum crucia-
tus gehenne'. Magnam ergo prestari san-
ctimoniam ab omnibus optat hypocrates,
quam ipse sacramento verbis solemnibus
concepto a professoribus exigit: Legant
audatores medicinae Iosimrandum illius,
sicqz a medicatione facile abstinebunt ante-
quam eisdem artis lauream consequentur.
De qualificatione promouendorum ad
gradum Baccalaureatus in facultate

Medica antiquum.

Omnes studentes Medicinae se gerant mun-

De et honeste: Nullusqz admittatur ad pro-
 motionem nisi sit actu Mgr arsimy liberalis.
 legitime in vniuersitate aliqua promotus.
 Doctores tamem medicine facultatis de
 vnamm consensu: suadente utilitate et ho-
 nestate eorumdem facultatis poterint cum
 Scholari eorum facultatis alias qualifi-
 cato. etiam non existen Mgr vel Bacc-
 laureo arsimy dispensare ad gradu baccala^{fr}
 et doctoratus in Medicina: Is tamen cum quo
 dispensatnr. tenebit et astridus erit post hui-
 usmodi dispensationem. actibus iuxta sta-
 tuta in eadem facultate completis. unum actu
 cum conclusione more aliorum ultra Mgrs
 promovendos publice sustentare. Et hec
 clausula de dispensatione addita est anterioriter
 Rektoris ex vnamm omnium decanorum et
 Medicinæ Doctorum assensu tunc pntum in
 premissa Convocatione xv Januarii facta

Dispensatio
 Doctoratus
 Medicina

14
Anno domini Milleſimo quingentesimo trigesimo
sextō. Siue tamen magis arctum ſue ſtudens
in Baccalaureum promouen̄ debet eſſe lin-
gua expeditus et ſenſibus perfectus.

Si autem ſtudens priores fecerit diligentias
quam in grānt Baccalaureus arctum et
ſimilē concurrant ad promotionem: eximiſ
non obſtantibus prioribus diligētiſ ſimpliſ
ſtudēdūnmodo hoc fiat ante examen.
Magister aut Baccalaureus habebit pri-
mum locum.

Item Magister vel Scholaris cui piens pro-
moueri ad gradum Baccalaureatus in
Medica facultate petat ſe inſcribi in Re-
gistro inter Scholares medicinae apud
decanum facultatis eiusdem.

Item Magister vel Scholaris per duos in-
tegros amos ſime intermissione aliqua con-
tinue audiat lectiones eſſentialiſ lectorum
ordinariorum.

Item bis sustentet conclusiones, seu respondeat
in Medicina doctoribus et Magistris prefatis
facultatis, seruata de non promotis causa
priore.

Item, qd non negligat per hoc biennium
Baccalaureorum sectiones, quas diebus
Canticularibus, ac quadragesimalibus Bac-
calamei in medicina legent.

De promotione Baccalaureandi

Expleto biennio, eo, ut premissum est, modo
Magister vel Scholaris in Medicina, petat
decannum facultatis predictae, quinque conno-
cet doctores Medicine, et ab ipsis petet se
admitti ad examen pro gradu Baccalaurea-
tus in Medicina.

Item expleto examine, Baccalaureandus
reponat quatenus florenos in moneta ^{sextuplicata} docto-
ribus Medicine pro laboribus ipsorum int-
yntes dimittat dispensandos, exceptis do-
ctoribus egrotis: Nam tales eequaliter ex-

eisdem participabunt, etiam si ad examen venire non possent.

Tem prefatus promouendus unum florenum pro fisco universitati. Gerius vero seu bedellis universitatis dabit grossos xvij. Et promotori prout cum eo conuenerit in charitate.

De qualificatione licentiandi et doctorandi in medica facultate noui.

Baccalaureus medicinae cupiens promoneri in doctorem eiusdem facultatis, tenebitur per integrum biennium post promotionem suam incepta studia et lectiones sub lectoribus ordinariis medicinae diligentissime continuare. **C**tem predictus baccalaureus infra illud biennium obligabitur duas admissas lectiones in Medicina legere, unam tempore quadragesimali, alteram tempore Camerali. Nisi fuerit secum dispensatum propter legitimas causas per doctores ad hoc per decannum facultatis eiusdem convocatos.

Item predictus Baccalaureus infra biennium
quater conclusiones phisicas publice sustentabit, et ad eas respondebit doctoribus. Agris,
ac Scholaribus Medicine.

Item si Baccalaureus Medicine non ex his Ma-
gister artium liberalium voluerit promoneri
in doctorem, tenetur ultra quatuor conclusiones
quintam sustentare et respondere doctoribus
ac Scholaribus Medicine.

Præterea si cum tali Baccalaureo non existet
Magistro: alius Baccalaureus Medicine et
Magister artium concurrat, habebit Mgr pri-
mum locum: dummodo talis concurrentia
fiat ante examen doctoratus.

De admissione ad licentiatum

Baccalaureus, sic ut premissum est, studio et
responsionibus qualificatus, promoueri ad alio-
ra capiens, petet sibi Connocationem fieri docto-
rum per decannum facultatis eiusdem, quam
decanus, qui profunc fuerit, facere tenebitur.

die non legibili. In qua connocatione petet se
a doctoribus admitti ad examen pro doctoratu
Si plenarie constituit de vita laudabili et go-
nesta sic promoneri volentis: morumq; ipsius
probitate. Accesserit quoq; lectorum ordi-
nariorum testimonium de diligentia lectionis
anditione: in sua exaudiatur petitione. Et
post inscriptionem. assignabuntur ei duo puncta
unum in Aphorismis Hypocratis. et aliud
in aliqua lectione ordinaria per lectorem
ordinarium tunc temporis legibili. Et in
continenti designabunt ei in estate xviii in
hyeme horam xx. quia ad examen sit ve-
mendum.

*Apparatio
Examens
Petendre
la. Vice
cellariae
Universitatis*

Item prefatus Baccalaurens sic per facul-
tatem admissus. cum suo promotore eiusdem
facultatis doctore. accedat ad dominum vice-
Cancellarium universitatis: petet q; sibi ab eo
aperiri examen pro doctoratu. Et post exa-
men primatum supplicabit ab eodem dari

sibi licentiam ad promonendum in doctorem.
em si idoneus. ac in medicina bene fū datus
sub onere conscientie fuerit repertus. in petitio: *N*
ne sua exaudiatur.

Postremo proponantur ei articuli super qm^b J
inrare debeat quos ipse per se legat: et super
eis factis sacrosanctis Evangelis iure.

Forma Juramenti per doctorān

Vel Responsorum pro loco

mei Medicis Doctoris prestandi:

Ego M. iuro. qm omnibus licitis et honestis me conformabo aliae matris universitati nostre: nihilqz aliud sapiam. docebo et tenebo qz quod sapit docet et tenet universitas nra.

Item qm omnes dominos doctores universitatis nrae. et presertim Medice facultatis honorabo. Venerabor et renerebor verbis et factis. semper et vobis locorum:

Item statuta emis facultatis medice. et signatae

20

statutum de contentandis et premiandis in aula
domini doctoribus et promotoribus meis serua-
bo et cum effectu implebo. phisco et servitoribus
universitatis satisfaciem iuxta dicti statuti co-
llementiam.

Item quod insignia doctoralia in nulla alia uni-
versitate preter istam recipiam. sic me denuo
admetat et huc sancta dei Evangelia.

Euangelium sacrum.

U illo tempore loquente Iesu ad curbas
extollens quendam mulier vocem de curba
dixit illi. Beatus venter et f.

De Salario doctorum et refectione

Dicitus Baccalaureus post admissionem sua
ad licentiam doctorandi. soluet per manus
Promotoris omni domino vicecancellario et
omnibus doctoribus per unam sexagenam
pecuniarum in examine punitibus et arguen-

tibus, ac etiam infirmo vel semi legittime impedito. dato quod non intersit examini.

R. Gallo

Item predictus doctorandus faciet refectionem pro eisdem vicecancellario et examinatoribus honestam in confectionibus et vino.

Et tandem idem doctorandus locabitur per decannum facultatis in ultimo loco post iuniorum doctorem in eadem facultate.

De licentiatura solenmiser doctorando danda

Admissus per vicecancellarium et per facultatem susceptus, aliquo die festo, ad licentiam per suum promosorem sublimabitur cum solemnitate in aliis facultatibus fieri solita, in aula universitatis mandato presiso per dominum Rectorem universitatis ut moris est. Et initiatione omnium doctorum ac Magistrorum, prout in aliis facultatibus fieri est solitum.

Forma et modus in Conuenio pro doctorando fernandus

Cum doctorandus voluerit facere determinationem pro gradu doctoratus, debet in primis facere applicationem ad dominum Rectorum universitatis, quem faceret mandatum pro die promotionis sue. Ad quam per se admittit aliquot Magistris et studenteribus, omnes doctores omnium facultatibus et Magistris Maioris et Minoris Collegij propria in persona: alios vero omnes Magistros artium et Medicinae Baccalaureos per seruos universitatis invitabit. Qua die aduentente, in aula universitatis promotor diviso actu suo monebit et disputabit solemniter questionem in medicina, argumentis pro et contra adductis, quam promouendus determinabit. Contra quam determinationem promotor aut aliquis ex baccalaureis Medicinae opponet

et argumentabitur. quia absolta oratio.
Medicinae commendatricia: et adhortatio lau:
de digna per promotorem habebitur.

Interim vero Bedelli seni serm universita:
tis Chirotecas omnibus doctoribus et magis
in aula existentibus a doctorando distribuet.
Adhortatione per promotorem peracta, vo:
cabitur ad Cathedram doctorandus, et ibide
doctoralia insignia similes et laminea eidem
conferentur. Tandem Bedellus univer:
sitatis Iuramentum sensis hypocratis do:
ctori Nonello insinuat: quod in predictis
omnibus servare iurabit ac promittet.

Quid offerre debet promotori doctoran
mislo Iuramento, munera offerentur
promotori honesta. Tandem doctor no:
viter promotus, concluet aitum per gra:
fiarum actiones. quibus consumatis, tota
universitatis corona du doctori Nonello

ibit ad ecclesiam pro decantando sollemniter
hymno Te deum laudamus. Et de ecclesia
ad refectio[n]em per doctorem nominis appa-
randam descendit. Et hec refectio more
aliarum facultatum erit in prandio proto-
ca omniuersitate honeste apparando.

De fisco Uniuersitatis et Bedellis soluen.

Primsq[ue]nam doctorandus ad Cathedram
et promotionem admittetur, soluet realiter
et cum effectu tres florenos in moneta pro
fisco Uniuersitati: Bedellis vero Univer-
sitatis unam marcay.

Quibus praxis in Medicina admitti non debeat vel debeat, et quomodo.

*S*tatutum est immobiliter obseruandum
ut praxis medicinae inhibeat omibus
Scholaribus Baccalaureis. Doctoribus

Medicine universitati [per responcionem
- pro loco habendo inter doctores hic promotoe
vel prins incorporatos] - non incorporatis
secundum dispositionem antiqui statuti. Quo-
mam art Medicina periculosa est, et non nisi
ab expertis et probatis exercenda atqz tra-
etanda.

Scholares tamen ac baccalaurei Medicine
ob exercitium practice adipiscendum cum suis
doctribus egrotos visitare: ac per suos docto-
res missi Medicinam et consilia administrare
poterint.

Licentiati vero cum ob cansam proxime
plantam, tum ut suppetias nummarias fa-
cilius pro Doctorali stemate consequendo.
conquirant, valeant per se consilia et me-
dicinas egrotis prestare usqz ad semestre.
vel ad maximum ad unum annum à die
sue licentiature suscepere comptand.

De alibi promotis nre vniuersitati ac
medicme facultati incorporari
volentibus:

Alibi promotus. Volens nre vniuersitati
incorporari. Docere ante omnia debet de stu-
dij suis et legitima in alia vniuersitate pro-
motione. Prestabit tandem facultati sue
juramentum preter articulum ^{et} tertium.
Quos admissos ad licentiaturam prestant
tandem antequam ascendent. dabit vni-
versitati pro fisco viginti florenos monete,
et insuper vnicmq; doctori Medicinae fa-
culty incorporated soluet duas sexa-
genas. Et statim post responcionem sua
refectionem in vmo et Zuccaro seu in
Regalibus honeste apparabit et exhibebit
vniuersitati

De provisione infirmorum antiquis

Statimq; etiam et distritte precipitos
commodos et singulis circa infirmorum


tabulam practicantibus corum conscientys
committit. ut si necesse fuerit ante omnia mo-
neant infirmum et inducant. qd primum de
remedio provideat spnali: et demum manus
snas porriganat admittentes.

Circa promotionem doctorum Iusinrad.
Testor enim p̄m. filium et spiritum sanctu-
me quantum in me erit. et quantum ingenu-
meum valebit. Hec omnia obseruatur que
hoc foremundo continentur. Hanc artem et
precepta eius omnia libere et fideliter tradi-
tur meis et preceptoris mei: ceterisqz dis-
cipulis. qm se legibus Medicinae astrinxerat.
Preterea in curandis egrotis pro viribus et
pro ingenio meo rebus necessariis fideliter usu-
rum. Nemini egri ludinem dilaturnum: nihil
per iniuriam facturnum: Rogatum letale
venenum nemini daturnum: neqz mulieri
pregnanti ad interficiendum conceptum fetu-

78

positionem porrecturum: vitam meam atqz ar-
tem puram ac integrum seruatrum: labo-
rantes lapillo hanc quagnam excisurum: sed
expertis hinc artis hoc negotium permissu-
quamcumqz domum ingressus fuero. dñm taxat
liberandis egrotis operam datruis: omnem
infirmiam: omnem corruptelam: omne gennos
impitndimis: res etiam veneras sponte mea
emittaturum: sine muliebria corpora curane-
ro. sine virilia: que infer curandum videro,
vel andiero: vel etiam extra curam in vita
hominum cognouero: que relicenda esse intel-
ligam. minimi aperturam: sed intemeratam
facilitatem seruatrum. Presens igi-
tur in curandum integre atqz incorrupte
seruantis mhi: omnia tam in vita qz in arte
mea prospera feliciaqz succedant: et glo-
ria in eternum parata sit: transgredien-
vero atqz perire contraria omnia enemat.

Amen.




29
17


Et de euenient pater dominus Rector qm supra
omnium decanorum universitatem totam re-
presentantim concordi voluntate et unanimitate
consensu predicta omnia et singula statuta
deinceps publice teneri conclusit. et perpetuo
per doctores medicos observari auctoritate
ordinaria. qnam ex privilegiis in universi-
tate obtinet. Decretum. et robur perpetue fir-
mitatis interiecit. Atla sunt hec anno. die
mense qmibus supra in scuba communis Magistro-
rum Collegij Maioris Artistarum hora
vicesima prima. Presentibus qmibus supra.
Ita est Rector qui supra
manu sua Id est testat

*an
vle
de
clu
di Facult
evidens
Conversio*


18




13



20




21




5


23




24





25




26












30.




31





32




33










36




37









40







42




43







45





46






48







50




51




52




53







55




56




57




58







60



61



IV



V

